



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Marina V. 8. Februarii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

mine ostensurum se appromisit. Ille verò in has leges lubens latusque migravit, fidemque mox paceti fœderis exegit. Hic PARTHENIVS potestatem sui facturus, aperto oris ostio hospitem invitavit. Nec tulit modestiam superbus, abiit potius ad veteres lares patriaque regna, inferos. Jam verò edita vaticinia, excitæ lacrimis pluviae, messis in agro sterili, uvæ in deplorata jam vineâ, redditi sedibus suis oculi, pulsæ morbi, & reducti ad vitam mortui librum non pagellam in libro desiderant. Omnia tamen hæc vel oleo fecit sacro, vel aquâ, vel sale, ex quo si vel micam haberent hæretici, non equidem hæc riderent. Ex Surio.

*Quando moriuntur virtutes, vivunt vitia: illa militant adversus militem Christi; ista sunt Sathanæ cohortes, ista Diaboli legiones, ista sunt quæ Mundum sepulchris obsederunt, debellarunt populos, vastarunt gentes, orbem duxere captivum.* S.Pet.Chrys.serm.12.

## S. MARINA VI. 8.Februarii.

**M**ulierem sub togâ, imò virum sub mulieris simulacro ostendimus. Rectè dixeris, sive MARINAM, sive MARINV M dixeris. Nam MARINA quidem nomen parens dedit, cùm nata est, ubi verò ad Asceterium secum abduxit, cùm ueste nomen viri indidit, jussitque MARINV esse, metamorphosin cælo ridente. Patre ergo magistro Asceticen edocta, hoc mortuo, ægerrimè scilicet orco fecit; cùm mulier improba tela virili ueste repelleret, & per sanctissimam larvam cæcum puerum Amorem rideret, unica virgo tot inter viros jam tutior quam inter virginum nuper choros. Nempe ubi vulneri locus non est, invidiæ est. Cùm vitium virginis non posset hostis facere, fecit

Feb.  
has  
nox  
sta-  
nvi-  
tius  
erò  
s in  
diti  
am  
nt.  
uâ,  
ici,  
mi-  
co-  
se-  
en-  
ris  
ve  
ri-  
st,  
te  
e-  
ro  
er  
te  
m  
er  
o-  
t.  
e,  
it

9. Feb. VITÆ SANCTORVM. 85  
fecit famæ. Puella, ad cuius parentes divertere solebat MARINVS, cùm res cœnobii curaret, corrupta à milite parentem hunc mentitur, itaque malum ingens cœnobitis parit. Accusata virago peccasse utique se fatetur, factumque fletu uberi damnat & gemitu. Ergo extra septa sancta ejicitur, & subinde filius etiam adducitur bucceâ alendus, quam mendicanti ascetæ ministrabant. Sic jam sub alterâ larvâ spectatorem orbem fallit, dum quinto abhinc anno, cùm verum etiam scelus potuisset eluere, unâ cum filio inter claustra recipitur. Mox moritur MARINVS, & MARINA deprehenditur. Adeſt mendax puella à malo hospite orco agitata, & scelus ultrò fatetur. Quid faceret hic cælum, post aetam bellissimè fabulam, nisi plausum? Ex Herib. Rosweido.

Conscientia bona titulus est Religionis, Templum Salomonis, Ager benedictionis, hortus deliciarum, aureum reclinatorium, gaudium Angelorum, arca Fœderis, thesaurus regis, aula Dei, habitaculum Spiritus S. liber signatus & clausus, & in die judicii aperiendus. S.Bern.l.de int.dom.

S. APOLLONIA V. M. 9. Februarii.

**N**ecdum in flamas eruperat furor Decianus, cùm anno ab incunabulis Servatoris L. supra CC. Decio prælufit Alexandriæ nescio cuius hominis insanja. Arrogavit ille sibi Vatis nomen, & fictis ad populum criminibus id repente excitatuit incendium, quod non nisi multo Christianorum sanguine extingueretur; quos inter facile princeps fuit APOLLONIA Virgo, quæ invalescente vulgi furore, cùm jam totâ urbe eadem omnium vox audiretur, flammis addicendum, quis

D 7

quis